



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiae,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

De sacra militia Gisilberti Ducis Lotharingiae. Cap. XXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

à Saxonibus exigentes, ab exercitu Henrici Regis occiduntur atque capiuntur; eisque ad interacionem deletis, tributum, quod petebatur, Deo pro gratiarum actione in Ecclesijs & pauperibus exsoluitur. Anno IX^{c.} xxxv. Rex Henricus Danos, qui piraticam in Frisones exercebat, vincit, & vectigales facit, & Chuiiam corū Regem baptizari procurat.

Quia verò predictus Princeps vix unquam in Italia bellauit, hinc postremo loco subiicit Sigebertus: Anno IX^{c.} xxxvii. Henricus Rex moritur: qui tametsi in debellandis hostibus fuerit gloriosus, quia tamen pacificus erat, nullam operam dedit, ut effugatis ab Italia tyrannis, qui quasi conductitij & mercenarij alter alteri succedentes imperium dilaniabant, benedictionem Imperiale accepit. Post quem Otto filius cius imperavit annis xxxvi.

De sacra militia GISILBERTI Dux Lotharingie.

C A P . X X X .

I. Brabantie
Dux ex be-
neficio Imp.

Sigeb. anno
927.

Post mortem Caroli Regis Henricus Rex, nolentibus ei subesse Lotharingis, perspecta industria & potentia Gisilberti, filiam suam Gerbirgam ei despondit, & eum iterum Lotharingiae præfecit: siue, ut Withindus scribit, cum affinitate & amicitia sibi iunctū subdelegauit in omni Lotharij regno.

Quare

Quare dubitandum non est, quin & sub Henrico, & antea sub Carolo Simplice in sacris bellis gerendis industrius & potens regni Dux fuerit. Abbas Vrspergensis vocat eum aliquoties Ducem Belgicæ.

Fuit quoque Abbas sacerularis monasterij Epternacensis à S. Willibrordo fundati. In catalogo enim eius loci Abbatum recensetur decimus sextus ab anno 1000. xcvi, per annos nouemdecim Reinerus Lotharingiæ Comes, magnus monasterij sui illustrator. Deinde eius successor Gisilbertus Dux Lotharingiæ, filius Reineri, Ottonis sororius.

Filiam quoque habuit Dominam Williltrudem, quæ Bergense S. Crucis monasterium in Eistetensi diocesi fundauit. De quo legitur in opere De monasterijs Germaniæ.

At verò Henrico mortuo, prioris virtue suæ gloriam maculauit Gisilbertus, cum Euerardo Comite palatij Ottoni Magno rebellans. Qui etiam sua fallacia Henricum Imperatoris fratrem, ab eius fide seiunctum, suæ factionis socium fecerunt, suggestentes regnum ei magis competere, patre regnante nato, quam Ottoni ante regnum nato. Sed Deo vindice dederunt tandem rebellionis sue pœnam. Anno siquidem 1000. xliv. fideles Regi Vdo & Conradus Euerardum & Gisilbertum, deprædando regno securè intentos, iuxta Rhenum inopinatè aggressi, acerrimè debellarunt. Et Euerardo cæso,

D 3 Gisil-

Gisilberto autem Rheni vndis submerso,
ceterorum vix quisquam effugit , qui non
aut eo prælio caderet, aut viuus in hostium
potestatem deueniret.

*De magnitudine bellorum sacrorum quæ geſit
OTTO Imperator cognomento Magnus.*

C A P. X X X I.

*Hic Braban-
tie Ducatum
quinquies co-
tulit.*

HENRICO Aucupi successit filius Otto,
cui Magni nomen peperit rerum gesta-
rum magnitudo quas pace belloque, paca-
ta Germania & regnis externis , confirma-
to imperio , & ecclesiis plurimis exstructis,
feliciter confecit.

Initia gubernationis difficillima habuit,
bellis ciuilibus plena. Quo etiam tempore
Boleslaus Dux , trucidato fratre Wenceslao
quod ad Christianam religionem transiisset,
arma in Imperatorem expedituit. Vicini quo-
que Hungari, noui Imperatoris vires atque
fortunam periclitaturi, infectis armis in Fran-
coniam irruerunt, ea vastata Saxoniam ag-
gressuri. His bellis tam difficilibus & variis
Imperator intentus, Bauaricos primùm mo-
tus composuit , & in dditionem receptis
Brandenburgis in Boleslaum Bohemum
duxit. Cuius belli initia cum prosperè suc-
cederent , Hungaros etiam non difficulter
reiecit. Sed mutata paulo post fortuna , tan-
tos ex illata Imperatori clade Boleslaus spi-
ritus concepit , ut bellum sœpè renouatum
in quin-